Ms. 114

BIBLIOTECA DEL SEMINARIO VESCOVILE • PORDENONE

Ex Libris

sac. Vittorino Zanette

anno, et ratione anni libras duo mille centum viginti quinque parvorum, quod salarium accipere debeas ab illa camera de quatuor in quatuor menses; et ducere debes tecum unum cancellarium, qui nullum habeat salarium; sed teneatur solvere de suo in illa camera pro limitatione consilij decem libras quadraginta tres soldos duos parvorum. Item duos comilitones, quorum quisque habeat de salario neto à camera præfata, in anno, et ratione anni libras quadraginta quatuor &c parvorum .:.

De castellano, et de stipendiarijs castelli .:.

Iubemus tibi, q pagas stipendiarijs cast. singulo mense per camerarium dari facias in pecunia numerata; et si castellanus eas emisset, non debis eas illi; et si vendidisset, aut vendi fecisset Panem, et vinum, aut aliud, non

solvatur ei; immo propter hoc cogatur sol-
-vere ducatos ducentos tibi, aut sindicis; et
privet per quinque annos honoribus, et offi.
satis .n. ei esse volumus habere ducatos
viginti quinque in mense; nec etiam
permittes illum exire de castello sibi com.
Item consignabis dicto castellano omnes
munitiones, que per precessorem fuerint
consignata; qua sub suis clavibus ser-
-ventur; et successive consignentur; et
tu cum Potestate pariter illa omnia
renovabis, servata lege n̄ri consilij decem;
quam in ista tua commissione habebis;
qui praeterea castellanus habere non
possit aliquem famulum stipendiatum,
aut stipendium mortuum, caput ve soldum,
sub aliquo dictorum stipendiatorum; Pra-
-terea pistrinum in dicto castello teneri
facies in ordine; itaquod semper opera-
-ri possit; Item videri, et provideri
facies, qd socij habeant omnes Arma
sua; qua omnia cum consilio n̄ro
xx: tibi specialiter committimus

facienda .·.

De curribus pro uehendis rebus capitanei .·.

Scito captum fuisse in consilio nostro Ro-
-gatorum die, xxix, octobris, M, D, vij –
quod non possis habere nisi currus, xx,
à Territorio Brixie pro uehendis rebus
tuis .·.

De Judice Datiorum eligendo per communitatem .·.

Obseruabis statuta ciuitatis Brixie, et
pacta, seu ordines camere nostri Dnij
super offitio Judicis Datiorum; qui con-
-uenit eligi singulis annis per commu-
-nitatem ipsius ciuitatis omni cautella,
et contrarietate remota, quouis modo in
contrarium existente; sed solum cogno=
-scere, et terminare debeas una cum Po-
-testate collega tuo super appellationibus.

que interponerentur sententiis, et actibus dictis Iud. Datiorum, secundum formam statutorum, et pactorum dicte communitatis: prout captum fuit in nostro Maiori consilio die quarto Aprilis, M, CCCC, Lxxxxiiii.

Urbis custodia, ac stipendiariorum cura capit. sit, exceptis militibus capitanei generalis, qui sit eorum iudex, sed non in atrocioribus.

Libertatem autem et arbitrium tibi damus claudendi, et aperiendi omnes ianuas ciuitatis; et habere debes totam custodiam eiusdem; ac omnem gubernationem omnium stipendiariorum nostrorum, tam equestrium quam pedestrium in ciuitate ipsa existentium, quibus omnibus in quibuscumque occurrentibus inter ipsos, tam in ciuilibus, quam in criminalibus

reddere, et facere possis, ac debeas ius,
et iustitiam, sicut tibi uidebitur eam
postulare. scias tamen, q de illis mi-
-litibus, qui essent societatis Ill.mi
cap.i Generalis nostri uere in conducta
eius descripti, antequam delictum
perpetrassét, te impedire non potes; cu
ipsius Ex.tia sit eorum iudex, tã in ciuilib:
q in criminalibus; ei auxilium, et fa-
-uorem prestabis pro executione contra
delinquentes, quando requisitus eris excep-
-tis tamen excessibus infrascriptis, vi
Rebellium, proditorum, sicariorum
incendiariorum, uitiatorum, et confectorum
Monetarum, et stamparum, et aliorum atro-
-cium delictorum, que perpetrantur in ciui-
-tate, et Terr.e tibi Com.e; quorum tu debes
esse iudex, et cognitor. et simulr contra
illos, qui post perpetratũ delictum se
scribi fecissent in conducta predicta,
procedes, et ius ministrabis &c.

De causis criminalibus

inter stipendiarios, et cives.

In casu quo aliqua rixa, vel differē-
-tia oriretur inter aliquos ex stipen
diarijs, aut uxores, filios, vel filias
eorum ex una parte, et aliquos ex civibus,
seu habitatoribus, et viandantibus ex
altera; tu capitaneus pro te inqui-
-rere, et examinare debeas culpam,
et enormitatē stipendiariorum, uxorum
filiorum, et filiarum; qui, et quæ delique-
-rint; et ipsa inquisitione facta se-
-cundum qualitatem delicti perpetrati
procedere debeas contra stipendia-
-rios, filios, aut filias eorum, qui
fuerint culpabiles dicti excessus.
Potestas autem procedere debet con-
-tra cives suos, seu habitatores, aut
alios quoscumque viandantes culpabiles
dictæ rixæ, seu cuiusuis excessus
perpetrati per ipsos, et contra stipē-
-diarios suos; ut ipsi Potestati vide-
-bitur esse iustum; dando unus alteri

inquisitiones, et Processus secutos ex vitiis, et excessibus huiusmodi, quo debitũ, et equalis iust.ª servi valeat per utrumq nestrum

De causis civilibus inter eosdem

In civilibus autem hic modus debeat observari; quod si aliqua causa, seu litigium aliquod verteretur inter aliquos ex stipendiarijs ex una parte, et aliquos ex civibus, seu habitatoribus, vel quibuscunq alijs viandantibus ex altera; itaquod aliqui ex civibus, et habitatoribus, aut viandantibus teneantur, et debeant aliquid stipendiarijs aliquib.; quod stipendiarij in isto casu possint, et debeant consequi ius suum coram Potestate; qui debeat sũtiare, et de plano facere debitum complemẽntum, et sũmarie iuris, et iustitię stipendiarijs habere

debentibus. et contra si aliqui ex sti-
-pendiarijs tenebuntur, et debebunt aliq.
aliquibus ex ciuibus, et habitatoribus,
seu alijs quibuscunque uiandantibus
libales possint, et debeant consequi
ius suum coram te; et tu de plano, et sum-
-marie debes eis facere ius, et iustitiam.
uterque autem uestrum quam citissime potest
bona fide, et sine fraude debeat man-
-dare executioni sententias, quas fece-
-ritis in huiusmodi causis, et questio-
-nibus ciuilibus. Preterea Comesta-
-bles, et stipendiarios tibi subiectos
potes corrigere, condemnare, et
punire, et stipendio priuare secun-
-dum culpas eorum.

In causis proditionis
ambo sint iudices.

Si autem acciderit, quod aliquid tracta-
-retur contra statum nostrum, uo-
-lumus, quod in dicto casu per uos ambos

fiat inquisitio, et formetur processus, et procedatur contra delinquentes, pro'ut uobis secundum Deum, et iustitiam uidebitur; itaquod delinquẽtes debitas luant pænas, et cæteri formident similia perpetrare –

Cap.º eligat comestabiles, en loco deficientium –

Quandocumque aliqua posta equestris, uel pedestris in ciuitate, uel in castro defecerit, eas suppleas de bonis, et sufficientibus hominibus; et similiter quando aliquis comestabilis equestris, uel pedestris deficeret alium debes accipere loco eius; mittẽdo comestabiles, soldatos, et equites ad nostras presentias; sed non possis eligere aliquem, qui sit, uel fuerit de tua familia; nec aliquẽ comestabilem facere ad requisitionem ipsorum per totum tempus tue

capitaneariæ, nec per unū annū
post tuū exitum .~.

Non detur alicui plus
una Posta, neq̃ excu-
-sando quęquam .~.

Et non potes alicui dare ultra unā
postam peditis, neq̃ excusare aliq̃
à custodia, nec recipere cambiū prò
aliquo, nisi esset prò infirmitatę,
uel esset extra terram cū licētia;
et aliquē peditem, qui cassaretur per
Prouisores, non potes reassumere ád
nrūm stipendium usq̃ ad unū annum
proximè uenturum .~.

Contrahentes affinitatem
ut infra non sint stipēdiarij .~.

Aliquis, qui haberet Parentellam in
aliquo graduum infrascriptorū cū aliquo
terrę tibi commissę, nō potest habere nrūm

stipendium ibi equestre, uel Pedestre, nec potest hoc reuocari, nec alicui fieri gratia, sub pena ducator. 900- pro quolibet ponente, uel consētiente parte in contrarium, non intelligendo in hac prohibitione Venetos nostros, qui per se, uel Patres traxissét originem de Venetijs, et ducatu Venez.ni, et insup aliquis de ciuitate, et Terr. tibi com. non potest habere nrū stipendium pedestre, uel equestre in aliquo dictorum locorum, exceptuando in pdictis habē-tes soldum nostrum in ipsis locis per gratiam nrō Dominio-

Gradus Parentelle-

Fratres, sorores, germani consāguinei, Germanę consāguineę, Materterę, et soceri, Nepotes, Filij fratrum, et sororum, Gener, et Nurus, Primigni, et filiastri, Patrui, et Amitę, Nepo-tes, et cognati, cognatę, et Auun-culi, Nouercę, et filiastrę ~.

Portę non aperiantur nisi per custodes —

Observari facies sub debito sacramenti, quod aliquis non possit aliquo modo ire ad aperiendum, vel claudendum hostia civitatis sine uno ex socijs tuis cum duobus famulis; capitanei vero, sive capita Portarum aliquo modo non audeant recipere, nec recipi facere, aliquid ab ulla persona, tam ad introitum, quam ad exitum, nec donum sub aliquo Pretextu sub poena privationis officij illius, et cuiuscumque officij, et beneficij civitatis tibi commissę usque ad unum annum proxime venturum .-.

Omni Mense videatur Munitiones .-.

Omni Mense semel ad minus ire debes in castrum, et alia fortilicia

Terrę tibi commissę, et videndum munitiones earum. Teneris etiam omni mense videre monstras tam civitatis, quam castri, et familiæ castellanorum; si ipsi tenent eas secundum, quod facere debet; et sicut inveneris, debeas significare Dominio nostro ordinate.

De visendo Territorio semel in Regimine.

Ire non potes ad videndum loca, et fortilicia territorii tibi commissi; nisi semel tantum tempore tui Regiminis: cum hoc etiam, quod non possis ducere tecum ultra equos viginti sub poena ducatorum centum pro quolibet equo, quem conduceres de pluri, exigenda per Advocatores communis.

Poena intrantium castello
sine licentia .·.

Si quis castellanus, tam Nobilis, quam Popularis audebit, uel presumet permittere, quod intret in castellum sibi commissum aliquis, qui non sit scriptus pro custode in ipso castello sine billetino signato tuo sigillo, cadat de libris viginti quinque pro qualibet Vice; quam poenam facies retineri de paghis, et stipendijs dicti castellani, dando dimidium, idque cum effectu exequeris, et obseruabis .·.

Quod capitanei frequen-
-tent, et solicitent exac-
-tionem; etc .·.

Obseruabis partem captam in Rogatis Die, xix, Aprilis; M, CCCC, xvij, cuius tenor talis est; Vz cum per commis-
-sionem capitaneorum nostrorum ipsi cap.

non teneantur uidere rationes camerarum,
et sicut est notum, quasi omnes denarij
camerarum nostrarum expenduntur in
stipendiarijs nostris equestribus, et pedes-
-tribus, et ob hoc sit necessarium pro-
-uidere, q capitanei nostri uideant ratio-
-nẽ dictarum camerarum, sicut com-
-missum est Potestatibus. Vadit pars,
quod committatur omnibus capitaneis
locorum nostrorum, q bis in hebdoma-
-da de per se, uel cum Potestate
teneantur, et debeant ire ad cameras
nostras ad uidendum, uel examina-
-dum rationes camerarum ipsarum;
et prouidere cum camerarijs nris,
q pecunie nri communis exigantur;
qui camerarij teneantur, et debeat
ostendere dictis nostris capitaneis
rationes camere; et sollicitare ad
exactionem pecuniarum nostri
communis, secundum mandatum
capitaneorum nostrorum. Verum
Potestates nostri collegę dictorum

capitaneorum in facto videndi rationes dictarum camerarum, et in omnibus alijs eisdem Potestatibus spectantibus, et per-tinentibus pro facto camerarum ipsarum remaneant in sua solita condictione.

Camerarij obediant Potes-tati, qui Potestas Bulletis subscribat.

Scire debes sicut captum est in nostris consilijs Rogatorum, et additionis, quod camerarij nostri debent esse ad obedien-tiam, et mandatum Potestatis, et exi-gere, et dispensare pecunias pertinen-tes ad cameram nostram, et ostendere rationes introytum, et expensarum, nostri Dominij pertinentes ad cameram nostram Potestati, sicut, et quo sibi videbitur, et placebit; Verum tenetur dictus Potestas ad omnem requisitionem capitanei facere bulletinum pro pagis, et subventionibus gentium Armigerarum,

et stipendiariorum nostrorum, et aliorum capitaneo commissorum, prout requiret ipse capitaneus; quae omnia, quantum ad te spectat, observabis.

Capitanei videant splanatas.

Obligatus es, et debebis in mense saltem equitare super splanata civitatis tibi commissa; et facere quod mittatur execuctioni, et conservetur illud, quod deliberatum est per consilium Rogatorum circa faciendum livui fabritam circa faciendum livui fabri- cas, quod etiam circa incidendum arbores, extirpandum radices, et explanandum fossas, et omnia necessaria, et quotiescumque equitaveris, notitiam dabis Dominio nostro de eo, quod operatus fueris circa dictam splanatam; et in quo termino sit; et si innovatum fuerit quicquam, ut opportune provideri possit.

De sigillandis, et subscriben-
-dis bulletis per Rectores.

Scire debes quod ultra sigillum, quod de More tu, et collega tuus teneris semper imprimere, debetis quoque subscri-
-bere singulis bulletis cuiuslibet per-
-sonę; cuius solutio facienda sit ad cameram nobis commissam; camerarii autem nostri non possint, nec debeant facere solutionem alicuius bulletę cuiusvis fuerit, quę ultra sigillum non haberet subscriptionem utriusque vestrum; et sub poena privationis officii, et ducatorum quingentorum, exigendorum per nostros Advocato-
-res communis, sine alio Consilio; et restituendi de suo proprio totum id, quod contra presentē ordinem dispensassent; de qua poena non possit fieri gratia.

De subventioni

De subuentionibus non dandis, et de pagis .8. in anno soluendis secundũ ordinem presentationis eorum ~:

Non potes dare subuentionem alicui stipendiario, q(ui)cu(m)q(ue) sit; sine expressa licentia consilii nostri Rogatorum; nec facies solutiones ordinarias prouisiona-tis; nisi ad rationem pagarum octo in anno, sub poena ducat(orum) .500. et soluẽdi de tuo, si contrafeceris; Preterea obser-uabis partem captam in consilio Ro-gatorum die .24. sept(embris) .1520. que regis-trata est in ista camera tibi com(missa) circa mandata stipendiarior(um), atq(ue) ductor(um) primo soluenda, que tibi prime fuerint presentate, ut in ea ~:

Non mutuabis pecunias alicui stipendiario nostro, sub pena per-dendi pecunias mutuatas ~:

Scire etiam debes, quod camerarij debeant facere pagas stipendiarijs equitibus, et peditibus ciuitatis, et districtus tibi commissi ~

Caeterum officium bulletarum fiat, et teneatur secundum usum, sicut seruatum est hactenus –

stipendiarij non abscint
ultra tres dies –

Intentio nostra est, sicut captum est in consilio Rogatorum, quod aliquis ex nostris stipendiarijs non possit stare ext. suam custodiam ultra tres dies, sub pena perdendi totum soldum de illis diebus, quibus staret extra ultra tres dies; et similiter inhibemus tibi, quod non possis alicui ex his dictam licensiam concedere plusquam per tres dies, sine licentia Dominij nostri; faciendo sub debito sacramenti accipi penas predictas

i soldatis contrafacientibus.

Non fiant assignationes
debitorum pro solutionibus.

Scias insuper esse captum in consilio nostro Rogatorum, quod non possint dari debitores in solutum, neq aliquo alio modo fieri solutiones alicui per camerarios nros, nisi in pecunia numerata, iuxta formam alterius partis super hoc disponentis, sub omnib: penis contentis in partibus furantium et nova contrabannor parte, tam Recto-ribus et camerariis, qui ipsos debitores dedissent, quam illis, qui illos recepissent, et quod camerarii predicti quando solue-re debent aliquam bulletam, non possint soluere in pecunijs numeratis retentiones faciendas in camera, nec ullo modo percipere aliquam utilitatem pro huiusmodi retentionibus, sub omnibus suprascriptis penis.

Quomodo sit procedendum
in questionibus propinquorum .

In questionibus autem propinquorum
tuorum, siue sint actores, siue rei, pro
quibus exires de consilijs, secundum
ordines nros; quæ non excedunt summa
librarum ,50, paruorum, debes esse judex
et terminare eas secundum justitiam,
sed à libris ,50, supra non potes esse
judex, sed intret Potestas, q si ipse
forte non posset intret, unus ex ca-
merarijs; et contra tu debes in his
causis intrare loco ipsius Potestatis .

Deficiente Potestate intret
capitaneus .

Si casus occurreret, quod Deus auertat,
quod tempore tui Regiminis aliquid
accideret de Persona Potestatis collegæ
tui; in dicto casu, donec prouidebi-
-mus de alio Potestate, uel si idem

collega tuus ex aliqua causa absens
à ciuitate fuerit; tu debeas exercer:
utrũq Regimen; observando in his, quæ
spectabunt ad Potestariã, secundum
formam comissionis suæ ~.

Non potest capitaneus
dormire extra ciuitatẽ,
nec exire, nisi Potestas
fuerit in ciuitate, et
consenserit, et contra; ~.

Insuper inhibemus tibi, quod nullo modo,
uel ingenio possis exire extra ciuita-
-tem existente collega tuo extra ipsã,
sed debeas remanere ibi, donec col-
-lega tuus reuerteretur; ita continue
unus nostrum sit in ciuitate pro
meliori custodia eiusdem. Verum
uolumus, et tibi concedimus, q. si ambo
deliberabitis pro bono, et honore agẽ-
-dorũ nostrorũ, debeat alter nostrum
ire, et equitare extra terram,

remanente altero in civitate, secundum quod per vos fuerit deliberatum; sed si non fuerit deliberatum per vos ambos, sicut superius est expressum, nullo modo possit, nec debeat dormire extra civitatem de nocte; sed veniente eis in ea, sicut supradictum est.

Per quos Datia locari debeant

Debes tu, et collega tuus, cum uno Camerario interesse subhastationi deliberando Datia per maiorem partem vestrum, sub pena unicuique vestrum contrafacienti ducat. 200, de quo inquirant Advocat.

Contumatia officialium
Potestatis ad officia
Capitanei

Qui fuerit officialis cum Potestate non potest esse ullo modo cum Cap. in anno sequenti; et contra frà

fuerit cum cap.° non possit esse cum Potestate anno sequenti sub pena £ 300 – tam Potestati, q(uam) cap.° contrafacientibus; de qua pena non possit fieri gratia –

De castellanis male administrantibus munitiones, etc.

Si aliquis cap.° noster inuenerit aliquem castellanum Regimini suo supposiium male administrare munitiones, quae uideantur deficere aliquo modo per librum quem in sua cancellaria ex deliberatione consilij X.m habere debet descriptione ipsarum munitionum tenetur per l(itte)ras suas significare capitibus dicti consilij X.m ut per eos contrafactores puniantur iuxta formam predicte deliberationis :–

De salarijs Rectorum Terri-
-torij, et Rationibus per
eos reddendis cameræ isti.

In castris, et locis suppositis ciuitati
tibi commissæ mittimus, prout scis,
Rectores, qui regere debeant, et reddere
ius, et iustitiam inter gentes spectantes
ad dicta loca; proinde eis salaria
solui facies de introitibus commu-
-nis eiusdem ciuitatis tibi commissæ
de quatuor in quatuor Menses per rata
sicut tu, et Potestas recipitis uestra;
et ipsi Rectores singulis quatuor
Mensibus debeant facere assignationem
tibi, et cameræ isti nostræ de pecu-
-nia, quamquisque exegerit, et habuerit de
redditibus, et alijs quibuscumque introiti-
-bus locorum eis commissorum; et nihilomi-
-nus in eorum redditu tenentur facere
rationem officialibus rationum hic Venetijs.

De prestantijs non dandis castellanis, nisi per tres menses ~

Non dabis aliquam prestantiam castellanis istius loci, et Territorij tibi commissi, tam Nobilibus, q Popularibus; nisi pro tribus mensibus, sub pena Iurantium; qua prestãtia excomputetur in menses nouē. vz singulis mensibus dimidium unius bullete, sub pena notario ad hoc deputato; qui leuabit bulletam prestantiē plusq pro tribus mensibus; immediate priuationis sui officij, et soluendi de suo pecunias; et similiter si leuabit bulletam sine excomputatione prestantiē, aut subuentionis; etiam quod tu cap.s illi preciperes absq nostri Dominij mandato, et si mandatum illi faceres in scriptis, debeat illud uidere, et de eo mentionem facere in bulleta, et

sub debito sacramenti seruare debeas ordinem prefactum, et sub pena ducatorum centum, quoties contrafeceris, cuius pene medietas sit accusatoris; et alia medietas sit Aduocatorum communis; quibus commissa sit obseruantia presentis ordinis, prout captum est in Rogatis die 26. Augusti, 1496.

socij accusantes aliquem tenetur condemnatum camerario notificare.

Quoties cumque autem socij tui uel Potestatis fecerint accusas aliquas de quibus habere debent partem, obligati sint dare condemnationem in notam camerario, uel camerarijs, qui exigunt illas, seu id, in quo accusati ceciderint; et ipsi socij habere debeant partem solitam; dummodo per eos penitus exigatur: quae

omnia, quantum ad te spectat, inuio-
-labiliter obseruabis ~:

Per quem nocturna delicta
punienda sunt ~:

Item obseruabis partem captam
in rogatis, qua ordinatum fuit,
quod inuentiones, quę fiunt de nocte
per famulos et socios, seu stipen-
-diarios, et officiales sub obedientia
capitaneorum deputatos de Armis,
et de illis, qui uadunt de nocte, et
sine lumine contra formam ordi-
-num nostrorum, spectent, et pertine-
-ant ad ipsos capitaneos; qui pro
talibus inuentionibus puniant, et
condemnent prout eis uidebitur; omnia
autem alia delicta, et inuentiones,
que fient de nocte contra ciues
Terrarum et Locorum nostrorum,
aut alias personas subditas iurisdi-
dictorum Potestatum, sint cuiuscumque

condictionis, remittantur, et rema-
-neant ad punitionem, arbitrium,
et iurisdictionem dictorum Potestatis,
qui cum curia sua, aut aliter se-
-cundum formam statutorum, et
ordinum ipsarum terrarum procedit,
et faciant sicut iustitia suadebit .·.

De obedientia dominio
danda .·.

Omnia, que tibi dicendo, mandabi-
-mus, attendes, et observabis, bona
fide, et sine fraude; que quidem
si executus non fueris cum effectu,
et obedienter, quoad poteris et ad te
spectabit, cadet de libris, 200; soluẽdis
per te intra mensem; et mitteris
debitor, ac scriberis in libro, et nõ
poteris eligi usquam ad aliquam rẽ,
nisi prius solueris; et contumatia
tua etiam post recessum consilii
valet in hoc casu contra te; Item

officium aduocatorum est solum ad pu-
-niendum te atrocius pro inobedientia
tua; sicuti grauitas cuius inobedientię
tuę requiret. Poteris tamen sine
pena rescribere, si tibi uidebitur,
quatenus propter aliquod periculum, uel
aliam legitimam causam non potest
exequi mandatum tibi factum;
sed si ipsum mandatum non reuo-
-cabitur tibi tu tamen debes pro-
-sequi ad obedientiam, et prosequen-
-dum mandatum tibi factum sub
eadem pena, cuius medietas dabitur
accusatori. Si uero de aliquo mandato
nostro aliquis se grauatum sentiet,
saluam esse uolumus libertatem Ad-
-uocatorum communis, et etiam
Auditorum sententiarum in causis simi-
-libus, quę ad eorum officium specta-
-rent. Sed nihilominus quousque
mandatum nostrum steterit fir-
-mum, nobis debeas inuiolabiliter
obedire, et de dicta pena non peter

tibi fieri gratia aliqua .·.

De proclamationibus faciendis, quod extorsiones non fiant .·.

Pro euitandis extorsionibus teneris omni die sabbati in hora mercati, sub pena librarum centum in tuis bonis proclamari facere, quod nullus, sit, qui esse uelit, audeat nullo modo, uel forma facere aliquas extorsiones, malitiam, manzarias, uersus pauperes uillanos, et alias bonas personas, sub pena perpetue priuationis de omnibus officiis istius urbis, et districtus tibi commissi; et insuper restituendi extortum, uel male ablatum; ac omnes uolentes conqueri debebis benigne audire, et diligeter, et punire contrafacientes .·.

Cancellarii, et alii non re-
-cipiant solutionem ma-
-iorem solito pro scripturis.

Quod si cancellarius, coadiutores, scriba,
notarii, aut alii officiales nostri
ullo modo acceperint maiorem so-
-lutionem scripturarum, et aliarum qua-
-rumcunque rerum, quas facient, siue
exercebunt, quam consuetum est,
et per formam legum, et ordinum
nostrorum, et per statuta est limi-
-tatum, cadat in penam quilibet
perpetuæ privationis officii, quod
haberet, et librarum 200, quas de bonis
illorum habebit accusator, si fue-
-rit, et teneatur secretus.

Non liceat Notario accipere
pro factis communis
aliquam Mercedem.

Cæterum committimus tibi quatenus

notario tuo, seu alijs salariatis loci
tibi commissi, pro aliqua, vel
aliquibus scripturis, sive alijs qui-
-busqunque rebus quas fecerint pro
commun., non des mercedem, nec
dare possis, aut dari permittes aliqd
de denarijs nostri Dominij, nisi
solum salarium suum proprium.
Idem etiam observabis si aliquo
mittentur pro factis publicis,
habendo tamen id solum, quod pro
expensis erit necessarium, et
similiter in alijs tua familia, quos
ita mitteres ~.

Officiales pro Pignorando
non accipiant plus sua
mercede ~.

Observari facies, quod captum fuit
in consilio nro Rogator. die ;16;
Junii ;1450; Quod tui commillito, co-
-mestabilis, precones, et officiales

ad Pignorandum non possint ullo
modo per se, uel alios, sub aliquo
pretextu accipere pro suo labore,
Mercede, siue ista, uel alia deca-
-usa quicq. à debitoribus, sed si
acciperet pignora eis, quando præ-
-sentabunt pignora ipsa, persoluantur:
de Mercede sua per creditorem, iuxta
formam ordinum limitantium solu-
-tionem ipsam in loco tibi commisso,
et ipsi creditores tantum plus à
debitoribus habere debeant, quantum
erit solutio facta: et si quis contra-
-fecerit ultra priuationem caballariæ,
comestabelariæ, preconiæ, et officii
suprascripti stare debeat uno die
in berlina, et restituat quicquid
habuisset preter hunc ordinem:
ad quam poenam priuationis de
officio incurrant illi precones, et
alii pignorantes, qui tenerent
plus quam unum equum, uel equam,
et quos, uel quas de pluri tennerint

etiam amittant, et precium eorum
diuidatur per tertium inter Do-
-minium nostrum, et te, et accu-
-satorem; qui teneatur de credētia;
de quibus quidem penis, uel aliqua
earum non possit fieri gratia,
donum, neque remissio, sub pena
Ducatorum; 500; Et si tu fueris
negligens ad exequendum predicta
cap.ᵃ collega tuus sub pena ducatorum
;100; debeat executionem facere
cōtra dictos cōmilitones, et off.ᵇˡᵉˢ
contrafacientes; cassareq, et punire
iuxta hunc ordinem nostrum.

Quod cancellarius, ex
pro aliqua scriptura
rei conducta pro
seruitio publico non
accipiat mercedem.

Scito etiam q cancellarius tuus,
coadiutor, Notarius, siue scriba

etiam cameræ istius pro aliqua bulleta, bullettino, Licentia, siue scrittura, q̄ fecerit alicui subdito, pro Millio, aut alio blado conducto, et præsentato, siue pro lapidibus et lignaminibus, aut aliqua re simili, uel pro diebus, quibus ad publica opera laborauerint, nihil omnino accipere debeat; sed gratis faciant: et si contra fecerint, cadant de Marchetis 20, pro quolibet Marcheto; et priuentur omnibus officijs, et beneficijs nostris per annos decem.

De Mercede cancellarij pro saluis conductis, et responsionibus supplicationum.

Est etiam prohibitum dicto cancellario, et alijs, qd pro quolibet saluo conducto, qui abs te fieret,

38

aut per libertatem officij tui, aut
per iussum, et impositionem Dñi
nostri, non possint accipere, nisi
soldos octo pro qualibet privata
persona; et soldos sexdecim pro
quolibet communi; et in proro-
-gando nisi dimidium Mercedis, sub
pœna Ducatorum centum, et pri-
-vationis cancellariatus, et omnium
aliorum officiorum, et beneficiorum
nostrorum per annos x.m; sub qua
poena similiter non possint acci-
-pere pro respondendo super sup-
-plicationibus, nisi illam eandem
mercedem, qua suprascripta est;
et tantundem pro registrandis
gratijs &c.

Quod cancellarius emat
de suo, ceram, cartam
etc.

Item scire debes, quod per te non
possit fieri bulleta, nec potest

solui

solui ex pecunijs Dominij nri
cera, carta, atramentum pro
cancellario tuo, sub poena ducat
centum; sed tales expensæ fieri
debeant per cancellarium –

Utilitas Rectorum, et
officialium non potest
minui per aliquem sine
consilio ~:

Cæterum aliquam utilitatem, rega-
-liam, et iurisdictionem, tam tuã,
quàm officialium tuorum, nullus
sindicus, neq alius Magistratus
noster potest accipere, nec dimi-
-nuere; nisi cum cõsilio de xl.ta;
et cum interuentu saltem duorum
proxime precessorum tuorum: Et si
aliter fieret; non teneat, neque
ualeat; nec tu, neque officiales
nostri præfati illud obseruare
debeant ~:

1140

De Matrimonijs per Rectoré non contrahendis, nec beneficijs Ecclesiasticis impetrandis.

Non potes sub debito sacramenti per totum tempus tui Regiminis, nec per unum annum post contrahere Matrimonia, nec contrahi facere, nec impetrari facere aliquam prebendam, seu beneficium in loco tui Regiminis per te, vel alium; nec procurare, aut tractare, q̄ hec fiant pro te, vel alijs ullo modo.

Non detur Possessio beneficiorum sine litteris Domini nostri.

Quo vero ad dicta beneficia Eccl.a scito tibi esse prohibitum, sub pena duc: 500 in tuis proprijs bonis: q. aliq. non debeas acceptare ad aliquod bene-

-ficium duc. c.^{m}. supra sine l̃ris con-
-silij Rogatorum tibi scriptis: benefi-
-cior. uero reditus duc. c.^{m} supra,
Possessio dari potest per l̃ras dñij
nostri ∴

De beneficijs non confer-
-rendis exterris ∴

Item mandamus tibi cum dicto cons.
nostro Rogator., quod non permittas
aliq. ecclesiam beneficium conferri
alteri, qui non sit ciuis Terrarum
nostrar. aut Venetus, sub pena
ducat. 500 in tuis proprijs bonis;
nisi per l̃ras Dñij nostri tibi
expresse mandaretur: et ∴

Breues contra uoluntates
defunctorum non possunt
impetrari ∴

Scito fuisse captum in Rogatis die

,21, 9bris, 1480. q. nemo, sit, qui esse vellit, tam civis, quam subditus audeat, vel presumat ire, vel mittere in Romanam curiam ad impetrandum, vel obtinendum directe, vel indirecte bre-
-ves contra legata relicta per tes-
-tamentarias ordinationes ad pias causas, vel concessiones huiusmodi, tam per se, quam per alium; nec similiter per viam, vel medium alicuius Apos-
-tolici legati, vel alter, sub pæna contra-
-facere presumentibus duc. centum Auri, et etiam banni per quinquennium de Venez, et districtu; quorum, vel quarum ille talis impetrans esset civis, vel habitator; et cum sit commissa exe-
-cutio presentis ordinis Aduocatoribus Cois et omnibus Rectoribus de extra; ideo tu teneris, et debes cum primum aliqui contrafacientes ad tuam notitiam pervenerint, ultra exac-
-tionem pænæ pecuniariæ, de qua ha-
-beas partem, ut de alijs officij tui;

et executionem exilij, retineri facere
subito impetratores talium brevium,
nec illos prius relaxare de carceribus
quam renunciaverint breves ipsos in plena,
et valida forma; quam obrem ita ob-
-servabis ~.

De subscriptione facienda
manu propria supplica-
-tionibus ~.

Quando continget tibi respondere suppli-
-cationibus alicuius petentis à Dominio
nostro aliquam gratiam, debes affir-
-mare ita esse tuo juramento; et sub-
-scriptione manu propria supplicationi ipsi;
et responsa huiusmodi debent esse se-
-parata à supplicatione; ut si fuerit
dilaniata aliqua supplicatio, semper
appareat in cancellaria nostra res-
-ponsio ipsa; nec permittes aliquo mo-
-do ostendi dicta responsio tua alicui
quicumque sit, nec possit aliquo exquisito

colore dari in manibus partis, non permittendo etiam, quod eorum continentia sciatur; verum inclusam in Tuis litteris Dominio nostro mittes per caballarios siue alios lattores litterarum publicarum, etc.

In responsionibus supplicationum debitorum nominentur Principales, et eorum fideiussores.

Item obseruabis partem in consilio nostro Rogatorum die .xi. Martij 1477, quod in gratijs Pecuniarijs spectantibus Dominio nostro, sue quomodocumque petantur, in responsionibus faciendis super eis nominare debeas principales, et fideiussores per eorum nomina et conditiones, et qualitates cuiuscumque, et hoc ideo deliberauimus; quia per aliquos Datiarios petuntur gracie pro eorum debitis; et fideiussores supportantur,

Ex quo sequitur maximum damnum
nro Dominio; et pecuniæ nrẽ, aut
tardissime exiguntur; propterea hanc
nostram intentionem exequeris qua
maxa poteris diligentia .·.

Non possunt mitti plures
quatuor oratoribus Do-
-minio nostro .·.

Non permittes mitti ad conspectum
Dominii nostri, uel capitum consilii
nostri Xm, uel cuiuscumque Magis-
-tratus nostri Venetiarum plures quam
quatuor oratores ad summum, excepto
quam in congratulatione creationis Smi
Ducis, sub pena duc. 200- si contra
hunc ordinem litteras faceres cre-
-dentiales .·.

ordo seruandus ab oratoribus
communitatum uenturis ad
Dominium .·.

Scire etiam debes captum fuisse in consilio nostro Rogatorum die 20 Junij 1521, quod cum oratores communitatis, uel nuntij terrarum, et districtus tibi commissi uenturi sint ad Dominium nrm, debeant ferre tuas lras, sine quibus non possint audiri ab ipso Dominio nro sed litteras credentiales, et alteras in quibus sint capitula inclusa, quae ipsi oratores uellent petere; quibus datis, et sic inclusis in dictis lris aliqd aliud capitulum addi non possit, nisi cum eodem ordine mittatur sub bulla Dominio nro per te in litteris facientibus fidem de tali commissione adiuncta oratoribus, uel Nuntijs praefatis; et quoties eris missurus capla aliqua, debes perlegere et diligenter considerare ea, et quodlibet eorum; et alijs lris, quae erunt tertiae seorsum declarare Dominio nro quidquid tibi uidebitur necessarium

circa quodlibet capitulum cum opinione
tua; ut simul, et semel habitis ca-
-pitulis cum instructione huiusmodi
à nobis dari possit expeditio matura
dictis oratoribus, uel Nuntijs; qui
ullo pacto non poterunt expediri,
nisi dictas tres lr̃as presentauerint;
Preterq̃ casu quo uellent conqueri
de Rectore, in quo casu debeant præ-
-sentare litteras credentiales suę
communitatis, nec non querellas,
et oppositiones suas in alteris lr̃is
ipsius communitatis, aut in eisdem
litteris credentialibus; ut supradictum
est .~.

De notitia danda Prouiso-
-ribus super sanitate de
Peste in tua Terra .~.

Teneris ex forma partis capta in cons.
nostro Rogatorum die .xx. julij
M.D.xxviij. Cum primum acciderit

casus, quod Deus avertat, pestis in iurisdictione tibi commissa, dare notitiam singulis diebus Provisoribus super sanitate; et de omni eo, quod esset Morbi, tam in tuo Territorio, quàm in quocumque alio loco, quod intelligeres esse infectum, sub pena Ducatorum centum, de quibus poneris debitor ad Palatium per dictos Provisores sanitatis, si ita facere neglexeris ~

De Negotijs publicis non scribatur Privatis.

Captum est in consilio nostro X.^rum die xvij; Maij, 1522; quòd non possis ullo modo scribere, aut scribi facere alicui, qui cumque sit, de negotijs tibi commissis, aut spectantibus statui nostro, nisi tantummodo Dominio nostro, sub pena Ducatorum 100, et immediatae privationis tui Regiminis,

Et omnia, quæ scineris ad honorem Venet.^m spectare, uel contrarium tractari, cognoueris; per tuas litt.as nobis, quãd citius poteris, denotabis ∴

In reditu Venetias consignabis consilio X.m scripturas secretas ∴

Cum redieris Venetias teneris præsentare per innuentarium capitibus consilij X. omnia Tua registra, litt.as, et alias scripturas publicas in materijs secretis, si quas haberes, quouismodo spectantes ad statum; sub pena perpetuæ priuationis omnium officiorum, et beneficiorum dominij n.ri ∴

De prodentibus ciuitatem, et eorum Pena ∴

Scire debes, quod per nostra consilia ordinatum est, quod non possis, nec

debeas tractare de reddendo te, aut locum tibi commissum, sub poena perdendi caput; ad quam similem penam subiaceant promissores, et alij nostri Nobiles, ac stipendiarij qui essent in ipso loco; et quod tu, et omnes predicti caveant sibi à recipiendo ab hostibus litteras, ambasciatas, vel Nuntios; quia posset esse nro statui preiudiciales et nimiu damnosa, sed solum attẽ-dant ad bonam custodiam loci eiusdem —

Dedotem ~

Scire quoque debes deliberationẽ consilij nostri ??: quod ut habeas causam viritr manutenendi locum tibi commissum ad honorem, et bonum statum Dnij nostri, ultra penam capitis statutam illis qui darẽt civitatem, vel tractarent de prodẽdo

ex hostibus, cum primum casus advenerit, quod Deus advertat, quòd ista civitas occuparetur ab ipsis hostibus; cognitio, et castigatio tui spectat, ac pertinet ad capita præfati consilii nostri &c.: qui sub pœnis gravissimis tenentur, secuto casu, subito formare processum; et ire ad consilium pro iustitia administranda; tu quoque teneris, et obligatus es in termino dierum [...]ter, immediate post casum secutum, venire ad hanc Urbem nostram, et præsentare te dictis capitibus: et nisi veneris in dicto termino, debeat procedi contra te, absentia tua non obstante.

De Armis Rectoris
Pingendis.

Non potes ex forma partis captæ in consilio nostro &c. die quarta, Julii; 1489; Ponere ultra arma una

solam ex pictura, et non ex sculptura ad tui beneplacitum, ponenda intus Palatium Residentiæ tuæ, et non extra pingi, aut sculpiri facere arma tua in Palatio publico, tam intus, quam extra; nec in Plateis, Pontibus, Portis, Fortilicijs, nec alijs partib: civitatis, vel loci tibi commissi, sub pena ducat: 500, auri, et privatio-nis ipso facto Regiminum per annos quinq, et camerarius reficere debeat de suo expensam factam, et exbur-satam per eum in Armis prefatis.

De bulletinis presentandis notario deputato, ac de com-missione, et litteris con-signationis accipiendis.

Sed priusquam hinc discedas omnia bulletina de nullo tus debito pre-sentabis Not: nostro deputato, lrasq ab eodem accipies consignationis Regi:

-minis tibi faciendi, et similiter com-
-missionem tuam; quod nisi feceris,
incides in penam privationis Re-
-giminis ipsius, ac aliorum omnium Re-
-giminum, et officiorum per annos
X proximos; Precessor vero, qui
tibi Regimen consignaverit, non
habenti litteras, et commissionem
predictas, cogetur ultra alias penas,
ad solvendum dominio nostro quantum
tu deberes, iuxta partem captam
in Rogatis, xv, octobris, 1516,

De bulletino presentando,
quod tui officiales non
sint debitores.

Afferes quoque dicto notario bulletinum
Gubernatorum Introituum, et trium
sapientum facientium fidem non
esse debitorem quemquam eorum,
quos tecum duceres vel eis officiales pro
aliquo officio antea habito; si vero

duxeris aliquem, qui nostro D(omi)nio debeat, tu pro eo notaberis debitor, et solvere cogeris; ad quod similit(er) teneberis, si existens in Regimine tales officiales debitores acciperes.

Verba quibus in accepta-
-tione Regiminis uti
debeas.

In acceptatione autem Regiminis, et consignatione non facies, neq(ue) fieri permittes ab aliquo arengu(m) aliquod, sive sermonem, sub pena ducator(um) c(entu)m. Immo si quis arengare voluerit, impones illi silentium, neque eum arengare permittas, sed tantu(m)modo proferes; Ego nomine Ill(ustrissi)mi D(omi)nii hoc Regimen accepto; et vobis hoc Regimen consigno; neq(ue) plus, neq(ue) minus sub pena predicta per nostros Advocatores communis exigenda.

Verba, quibus in proferendis
sententijs uti debeas ~

Verum in Justitijs proferendis dicere debes solum ista Vz; sicut scriptum, et lectum est, ita dicimus per sntiã, et non alr; sub pena ducaz centum, exigenda per Aduocatores Cõis, et ulterius priuationis per duos annos ab omni Regimine ~

Diem autem, quo perueneris ad ipsum Regimen, nobis tuis litteris de-notabis ~

De Binis litteris ferendis
consignationis Regimis ~

Et de Die, quo successori tuo Regi-men consignaueris, feres tecum ad Dominium nostrum litteras, et alteras litteras similiter feres Hosp. nostro deputato contumãtijs, Diem

significantes, quo intraveris Regimē; ac diem, et Millesimum consignationis de eo factę successori tuo; ut in suo libro adnotet ex opposito partita tuę contumatię, ut cum fuerit tempus finis eius, possit delere te ex libro pfato. Nam si dictas litteras non attuleris, continuabis in contumatiā .·.

De subventione habenda quatuor Mensium .·.

Et non potes tu, nec aliquis camerarius, et officialis noster publicus habere aliquam subventionem hic Venetijs, sed post introjtum regiminis, et officiorũ liceat tibi, et illis habere subuētionem Mensium quatuor, cum hac expressa conditione; quod neq tu, neq alius, possitis habere ullam aliam pecuniam, nisi cum effectu liuraueritis salarium habitum pro dicta subuentione; quo

liurato debetis habere pecunias quantum
per leges nostras est limitatum; sub
pena contenta in parte furantium,
que se extendat, tam contra accipientem,
quam contra distribuentem ipsas pecunias,
de qua non possit fieri gratia; prout
captum est in rogatis die ·ex· sept.
M·D·XV; ∴

De Limitatione consilii
Decem ∴

Caeterum per te ipse, nec ullus tam
camerarius, quam quivis alius pro se
accipere, neque dare alijs possitis aliquo
modo summam pecuniarum maiorem ea,
que est uerum salarium cuiusque, sub
pena tam dantibus, quam accipientibus
priuationis immediate de D.°, et publi-
cationis faciend in maiori consilio
pro furantibus sicut moris est; Pro
limitationem uero consilii Decem,
cum in libro, qui esse debet in cam^ba^

ista, missus ab officio nostro guber-
-natorum Jntroytum descriptum sit
totum illud, quod ab ea prò anno
integro debetur, deratione omnium
et non habentium salarium; juxta
erit portio singulis mensibus mitti
debet à camerarijs ad ipsum officium
gubernatorum nulla antea pecuniā
distribuere, nec partitam in dando
&c. facere ualentibus, sub pœna
predicta eisdem camerarijs et scribis,
atq scontrirs eorum, et qui prò utilitati-
-bus suis debent soluere, plusquam
salaria sua; et etiam qui salarios
non habentes taxati sunt, ferre
debent singulis mensibus portiones
quisq suam ad camera, sub pena,
nisi ita fecerint, priuationis
officiorum; quæ amplius exercere
nequeant, sub pœnis iurantium
et alijs pecuniarijs consuetis, ad
quas tu quoq incurres, si permisse-
-ris aliquo sub uelamine, qd pro-

segnatur

-sequantur contra hunc ordinem;
immo expellere contrafacientes
et si essent per gratiam; ac alios
loco eorum accipere debeas; attamen
Camerarij predicti, ne intermittat
mittere ut s.ª singulis mensibus
tot pecunias ex introitibus Camere,
et locorum eis commissorum; quod sint
pro integra dicta limitationis satis-
-factione; incumbentes exactioni à
debitoribus ipsis totius eius quod de
ratione huiusmodi deberent; sub pena
similiter supra scripta; et tu obligatus
es pro officialibus tuis in omnem casum,
et euentum, usque ad integram satisfac-
-tionem, iuxta formam legum nos-
-trarum; nec poteris ab libro guber-
-natorum hic deleri reuersus à Regimi-
-ne, nisi prius fidem attuleris de
solutione integre facta per te, et
illis; In mittendis vero pecunijs ad
dictum officium nequeat impensa
maior fieri illa, que dari debet

0918

Uni caballario p simplici caualcatura,
et nemini soluere liceat aliter
q in numeratis sub omnibus penis
suprascriptis; ad quam illi etiam in-
-currant, qui partitas facerent: quod
si te communitas soluere obligata
sit ipsa communitas, et alij, quoties
exbursabunt pecunias tibi, et alijs,
quibus soluere solent uno, et eodem
instanti exbursare etiam tantam
summam pecuniarum, quanta pro por-
-tione exbursatarum debebit dari
pro computo dictae limitationis, quae
mittatur de duobus in duos Menses ad
cameras ubi debent uirtute legum,
aut Gubernatoribus, sub pena Recto-
-ribus, aut alijs; qui non exequetur
priuationis, ac publicationis pro
surantibus, ut supra; et ipsae com-
-munitates, aut alij non obseruantes,
quantum est supradictum, incurrant
penam soluendi duplum. Verum
si tibi ipsi solueres, obligatus es

mittere ad cameras, aut ad guber-
-natores de duobus in duos Menses
portionem limitatam, prout solitum
est mitti, sub omnibus penis supra-
dictis, ultra penas pecuniarias con-
-suetas, et ~:

Quod officiales non sint
huius loci, ac sint sub-
-diti dominij ~:

Non potes habere aliquem Notarium,
socium, aut aliquem alium officialem,
qui sit de ciuitate, uel districtu
tibi commisso; et qui non sit Vene-
-tus, aut ciuis terrarum, et locorum
nostrorum, uel per Priuilegium,
sub pena lib: 500 — exigenda per
aduocatores communis; de qua
non possit fieri gratia ullo modo,
Item quoque scito prohibitum esse tibi
de habentibus uxorem dicte ciui-
-tatis, siue Possessiones in terr:

tibi commisso, sub pena illius duc, c.ᵗⁱ, et privationis officij; tibi vero duc, 200 – quarum panarum exactio commissa est Aduocᵗⁱˢ, vel sindicis; excepti tamen sint ab ista condictione Veneti nostri originarij.

De non ducendo filium pro socio, nec aliquem de Maiori consilio.

Non potes ducere, nec habere filium pro socio; nec aliquem, qui sit, vel esse possit de nro maiori consilio; nec possit dari nomen militis alicui, qui non sit socius tuus.

Non potes praterea, nec debes facere de consilio ciuitatis tibi commissę aliquem sociorum tuorum.

Nobiles Venet. consilijs
Terrarum subditarum
interesse non possint,
nisi oriundi ex illa
ciuitate .·.

In consilio autem ciuitatis, quem-
-admodum in consilio nostro R.^m:
captum est, non permittes intrare
posse, nec ponere ballotas aliquos
alios nostros Nobiles, preter te
Rectorem, uel Prouisorem, qui per
tempora ibi esset, et alios depu-
-tatos in ipsis consilijs. et si quis
noster Nobilis esset tante audacie,
q. uellet intrare, stare, et ballo-
-tare in ipso consilio, tu sub debito
sacramenti teneris expellere illos,
uel illos tales de consilio, et si
quis esset inobediens, mittes eum
debitorem duc. C.^m capitibus dicti
nostri consilij R.^m: q. si forte in
cons.^o non posses interesse, tunc

vice gerens tuus intersit; verum in hoc ordine non intelligantur comprehensi nobiles nostri Venet.rum qui essent oriundi ex dicta ciui-tate, et de dicto eius consilio.

stipendiarij loci, et non accipiantur in aliquo officio pro tempore tui Regiminis.

Non accipies etiam, nec accipi facies pro tuis socijs, nec in aliquo off.o tui Regiminis aliquem comestabilem equestrem, uel pedestrem, nec aliquem alium stipendiarium, aut officialem locorum nostrorum terrę tibi commissę, reseruando eis banderiam, seu soldum; quod prius haberent, ad complementum tui Regiminis, sine expressa licentia Dominij nostri, et consilij Rogat.rum sub pena lib. 200 - pro qualibet

vice in suis proprijs bonis, cuius pene dimidium sit Domini nostri, et aliud dimidium sit Advocatorum nostrorum, quib: commissa est inquisitio, et executio; et si fuerit accusator, divisio fiat per 3, et accusator ipse teneatur secretus. acceptur autem pro socio, vel si, aliquis contra præsentem ordinem sit extra comestabellariam, seu soldum, aut officium; quod haberet, ex toto; et loco eius subrogetur alius; nec ille talis, qui recesserit, modo aliquo ad dictam banderiam, seu soldum assumi possit iterum –

De contumatia officialium ad idem Regimẽ .·.

Et qui fuerit notarius, cancell:, vel socius Principalis in isto Regimine, non potest esse in eodem ad duos annos proximos post complementum Rectoris, cum quo fuerit–

Officiales non discedant
à Regimine prò eũdo
ad aliud ./.

Scire autem te uolumus, quod cancel-
-larius, qui tecum ueniet, et qui-
cunq; alius officialis à te recedere
non potest, prò eundo cum aliquo
alio Rectore; sub pena priua-
-tionis omnium cancellariarum,
et aliorũ huiusmodi officiorum ./.

Quod stipendiarij, et alij
habentes officium non
possint ipsum in aliũ
transferre ./.

Et sit ordinatum, quòd si aliquis habẽs
aliquod officium in terra tibi
commissa, uel postam equestrem,
uel pedestrem, capitaneatum, baro-
-eriorum, et per pecuniam, uel
aliam prouisionem fecerit, uel

tractauerit taliter, quod aliquid eorum sibi detur, uel in alium transferratur; ipsa datio, uel translatio non teneat, nec ualeat; sed statim remoueatur; et loco ipsius per dominum nostrum alius subrogetur; et nihilominus totum quod habuisset, uel dedisset pro eo occasione predictā, restituatur in totum ei, qui dederit; et insuper incurrat ille, qui tractauerit, et fecerit, in penam medietatis eius; quod habuerit, uel alius pro eo; qua pena exigatur per Aduocatores communis, de qua habeant medietatem; et alia sit ... Dominij. Et illi; qui darent, aut promitterent, cadant de medietate eius, quod dederint, aut promiserint pro pena; que diuidatur, ut supra; et si accusator fuerit in predictis, diuidatur pena per tertium; et iniungatur nostris Rectoribus, quod predicta obseruent, et faciant

observari, denotando contrafacientes Advocatoribus nostris communis.

Quod non possit habere famulum, qui habeat soldum communis.

Tu, nec aliquis alius officialis noster loci istius non possis habere aliquem famulum ad tuum soldum, qui habeat soldum, vel provisionem aliquam à Dominio nostro, in pena librarum, 500, pro quolibet, et qualibet vice, qua contrafactum fuerit.

Non fiant electiones aliquae extraordinariae, neque facta per Capitaneos valeant, si non confirmentur per consilia.

Electionem aliquam non facies ultra ordinarias, nec valeant etiam electiones

concessiones, et gratiæ; quæ fient
per capitaneos nostros, tam à
parte Maris, quàm à parte terræ,
per Provisores, aut per alios sine
confirmatione consiliorum nostrorum.

De armis necessariis
tenendis in Regimine.

Prætera volumus, quod pro omni
bono respectu habere debeas, et
tenere in tuo Regimine arma
necessaria pro te, et alijs de fam.
tua, aptis ad arma.

Quod aliquis de familia
non habeat soldum
Communis.

Non permittes aliquem de tua fam.
habere soldum communis, sub pœ-
-na ducatorum X.m pro quolibet
ducato valoris totius eius, quod

ille accepiſſet, et privationis Reg:nis

Quod sit in arbitrio
Rectorum tenere
equos; quos tamē non
uendant armigeris

Est in libertate, et facultate tua tenendi, aut non tenendi equos, et si eos tenueris, non poſſis, nec per te, nec per alios aliquo modo, forma, uel ingenio, aut exquisito pretextu ipsos equos uendere, aut dare, aut dari facere alicui ex armigeris nostris, sub pena ducan. C.ᵐ pro quolibet equo, quem uen-deres, aut uendi, aut dari facies ipsis armigeris; qui etiam non teneantur, nec compelli poſſint ad ipsam solutionem. Verum poſſis dictos equos, quibus cumque alijs uolueris, uendere, exceptis Da-tiarijs

De non habendo cōmercio
uendendi quidquam
stipendiarijs ~.

Item obseruabis partem infrascriptas,
quod non possis, nec tibi liceat
per te, uel alium, sub aliquo
colore, forma, uel ingenio, habe-
-re aliquod cōmercium uendendi
alicui stipendiario nostro, tam
equestri, quàm pedestri, sub pena
priuationis quorum cumq; officiorum,
beneficiorum, et Regiminum utrorumq;
intus, et extra per annos x.^m
et ulterius non fiat tibi ius aliquid
contra predictos Ductores, sed
intelligaris amisisse totum
id, quod pro huiusmodi commer-
-cijs, et contractibus habere debe-
-res ab eisdem Ductoribus, et
stipendiarijs, quibus remaneat
totum debitum, et item cadas
de Ducatis 300, Tertium quoq;

sit accusatoris, 3ᵐ nostri dominij, et Tertium Aduocatorum, seu Sin-dicorum, quibus commissa sit exe-cutio p̃ntis ordinis .//.

Quod exercentes officia publica cum stipendia-rijs non negocientur .//.

Item scias prouisum esse, quòd aliquis, qui seruit Dominio nostro, siue scri-bendo, siue computa, et rationes te-nendo, siue pecunias exigendo, aut aliquo alio exercitij genere, nec etiam camerarius uendere quidq̃ non possit alicui nostro stipendiario, siue prouisionato, aut aliquod ha-bere commercium, uel praticam, in qua precium, uel pecunia aliquo modo interueniat; danda, uel acci-pienda tam suo q̃ alieno nomine sub pena perdendi totum id q̃d uendidisset, aut contractasset,

et tantundem, quod sit Aduocatorum nostrorum, et perpetuæ priuationis omnium officiorum, et beneficiorum nostrorum intus, et extra.

Quod familiares Rectoris non negocientur, non emant, non habeant Datia.

Deniq; non possit aliquis de tua fam.ª facere, nec fieri facere mercationes, nec tenere tabernam, nec habere partem in Datijs; nec emere, nec emi facere aliquam Possessionem vel Territorium in ciuitate, vel districtu tibi commisso;

Quod non possis habere seruitium absq; solut.ne debita.

Et non potes angariare, nec cogere aliquam personam tam tibi subiectam,

74

quàm aliud le pro tuis seruitijs, sed tibi seruientibus facies debitas solutionem .·.

De muneribus ab aliquo
non acceptandis .·.

Præterea nec tibi, nec alicui de tua familia licet accipere ab aliqua persona donum ullum modo aliquo, uel ingenio, nec potest aliquis de dicta tua fam: habere commissionem ab aliqua persona, causa placitandi proipsa.

Nec amicum iuuabis, nec inimico nocebis per fraudem .·.

Non cogatur Piscatores
tibi uendere Pisces,
nec extra stationes .·.

Non compelles, nec compelli facies

per te, uel alium aliquem Pisca-
-torem, uel conductorem Piscium,
quòd tibi uendant Pisces; neque
conducant eos Domus tuam;
nec patieris, quòd aliquis de tua
familia, uel alius faciat uiolétias
aliquam eis; sed permittantur
libere, et sine impedimento uen-
-dere in locis publicis solitis, sicut
uoluerint, suos Pisces ~.

De Bannitis impune
interficiendis ~.

Partem quoq captam in nostro cons.
x.m: cum additione die, xxx, Augti.
M, D, xxxi; obseruabis huius
tenoris; quòd salua quacunq alia
parte in hac materia disponente,
et huic non repugnante additum,
captum, et declaratum sit, atq ita
publicetur in hac ciuitate Venet
et in omnibus Terris, et locis nris

Terra, et Mari; quod omnes indis-
-tincte banniti, et qui in futurum
bannientur, tam per consilia, et
Magistratus nostros; quam per
Rectores, debeant immediate se
conferre ad banna sua, et in illis
perseuerantes obedire eorum
condemnationibus; quod si non
fecerint et inuenirentur in locis
eis prohibitis per formam sententiae
suae, possint impune offendi, et
interfici, eodem premio proposito
interfectoribus, quod ij habituri
fuissent, qui illos viuos presen-
-tassent, etc.

De bannitis non ac-
-ceptandis, nec
associandis.

Postea vero die, xxvi, sept., MD,
xxxxij. Statutum fuit in Rogato
consilio X^m, quod quicumque accipiet

bannitum aliquem Domi, sive in
villa plus uno die, aut alibi, tam
diu, quàm noctu, aut comitabit.
cum armis, vel sine armis in locis
prohibitis per eorum condemnationes,
etiam quod esset ei coniunctus in
strictissimo affinitatis gradu, et,
sanguinis, ille talis cadat ad penā
banni annorum quinque ab ea civita-
-te, et territorio, et quindecim mil-
-liaribus ultra confinia, et solvere
debeat £ 500- parvorum cameræ
dictæ Civitatis. Comes vero, et
associans cadat ad supradictā
penam banni per annos quinque,
et solvat £ 500- ut s.a Et qui eos
accusabunt, ita ut per eorum ac-
-cusationem veritas habeatur, ha-
-beant £ 200- parvorum de bonis
delinquentium, si erunt, sin
minus de pecunijs Dominij nostri.
Et si prefati condemnati fregerint
confinia, et capti fuerit, stare

debeant in carceribus per annum clausi, et redeant ad bannum, q. reitereretur toties, quoties; et qui eos capient, habeant £200 — parvorum de bonis eorum, si erunt; sin minus de pecunijs Dominij nostri, ut s. dictum est.

Quod banniti frangentes confinia sint banniti de omnibus terris, et locis, etc.

Item si banniti permiserint se deprehendi in terris, et districtibus, ac confinibus per condemnationes eorum statutis, et prohibitis, intelligantur esse banniti de omnibus terris, et locis nostris, et de hac urbe Venetiarum; in quibus capi, et ad supplicium, aut alias penas condemnationum suarum duci possint non secus, ac si in principalibus bannorum suorum locis capti fuissent.

et qui illos

et qui illos ceperint, habeant Taleã
£ 500 — ultra omnes Taleas, quas
ipsi banniti haberent. Occurente
autem casu dictorum bannitorum retẽ-
-tionis in iurisdictione tua debes illos
mittere ad manus illius Rectoris
nostri, ubi condemnati fuerint.

Banniti de omnibus locis
intelligantur de Gambararijs
Banniti:

Facies etiam publicari in principio tui
Regiminis partem, quæ fuit capta in
consilio nostro Rogatorum: die .26. junij, MDiij.
continentẽ, quod omnes illi, qui banniti
sunt, et bannientur per Rectores nostros,
tam in perpetuum, quam ad tempus prò delic-
-tis; banniti quoque intelligantur, et sint
de Gambararijs, ordeaco, butenico
per tempus suarum condemnationum; ad
quæ loca si præsumpserint accedere,
et capti fuerint, subiaceant omnibus

1380

pœnis, contentis in eorum condemna-
-tionibus, exequendis tanquam si capti fuissent
in loco unde principatu exularent;
et qui illos ceperint, consequantur de eorum
ex bonis eorum, et si ea non fuerint,
ex pecuniis Dominij, et hoc ultra
alias taleas; quas ipsi banniti haberent.

Quod exprimatur in condem-
-nationibus bannum de ordeaco
re. qua tamen per transi-
-tum liceat accedere.

Committimus autem tibi ex decreto
consilij nostri X^m: die, xxix, Januarij
MDxxxiij. ne unquam possit allegari
de ignorantia ab aliquo; quod in con-
-demnationibus, quas facies bannorum,
debes apponere expresse, quod per
te condemnati intelligantur banniti:
quorum de locis gambarariarum, ordeaci,
butenici, et liza fusine; excepto
quod possint transire per ipsa loca

neniendo, aut redeundo dehac ciuitate nostra Venetiarum, per transitum nō demorando .~.

Quod in casibus atrocioribus bona delinquentium confiscentur .~.

Item cum in nr̃o consilio Rogatorum captum fuit sub die, 24, octobris, 1517, quod in omni casu atroci, et proditorio, ultra taleas; que delinquentibus dabuntur, etiam debeant confiscari bona eorum cuiuscumque generis; tū obligatures, sicut in dicta parte continetur, q̄ primum secutus fuerit aliquis huiusmodi casus; et proclamasis illis delinquētibus, si non comparuerint, facere accipi in nota omnia bona tam mobilia, q̄ immobilia eorundē delinquētium, faciendo fieri particularem notam omnium bonorum ipsorum super libris camere, que obligata

sit soluere taleas de illis, et reliquum
sit pro Dominio nostro ~.

Quomodo Aduocatores possint
suspendere causas criminales,
et q(uod) eis exempla processuum
mittantur ~.

Scias praeterea captam esse partem
in nostro maiori consilio tenoris
infrascripti, vz, quod Aduocatores n(ost)ri
non possint se impedire, uidere, alterare,
seu suspendere alicuius Processus forma-
-tionem, tam intus, q(uam) extra; qui per
Rectores n(ost)ros, aut alios Iudicientes
formantur, quousq(ue) ad deffensionem rei
non uocabuntur; Verum proclamatis
reis possint Aduocatores, quando p(er)
iustitiam requirentur, mittere ad acci-
-piendum ipsos processus, ut uidere
possint, an leges, et statuta super hoc
disponentia obseruata sint; et si
rei carceribus detenti erunt, possint

Aduocatores mittere ad accipiendum ipsos Processus: et si nondum perfecti erunt, si eis uidebitur, uidendorum eorum causa, nec ipsi Rectores, aut Iusdicentes debeant, aut obligentur contra ordines prefatos obedire ipsis Aduocatoribus: et ut inconuenien-tia euitentur Rectores, aut Iusdicentes nostri, qui requirentur mittere pro-cessus, modo ut s.a, non debeant mittere autenticos; sed solum eorum exempla manu eorum propria subscripta, et sigilla-ta transmittere: et Aduocatores, qui eorum copiam requisiuerint, teneatur in termino unius Mensis post presentatam copiam officio suo eam reuidere, et si eis uidebitur, intromittere, et signi-ficare rectoribus, aut Iusdicentibus nostris debeant, et si non certificauerint possint ipsi Rectores, aut Iusdicentes absque alterius ordinis expectatione proce-dere contra dictos reos ad eorum beneplacitum, et si Aduocatores in termino

dicti unius Mis significauerit ipsis
Rectoribus, aut Iusdicentibus intro-
-missionem; citando eos ad consilia.
Tunc ipsi Rectores, aut Iusdicentes
suspendere debeant suum processum
per Mensē prox.m tantū post intro-
-missionis habitam notitiam; et cita-
-tionis; nec possint dicti Aduocatores
prorogare dictos Terminos, nec
aliter suspendere, nec impedire pro-
-cessus dictorū Rectorū, aut Iusdicētiū,
nisi cum auctoritate consilij et
criminalium; nec contra ordinē
predictū Rectores, aut Iusdicētes
obligati sint obedire; et Notarij,
uel scribe, et alij, qui notabunt, aut
legent talem prorogationes, aut sus-
-pensionem; obligati sint in ipsa scrip-
-tura declarare consilio utrū aliquā
prorogatio, aut suspensio facta fuerit,
sub pena perdendi officiū suum, et
similiter etiam suppositi intelligantur
omnes alij processus eidem ordini,

qui ab ipsis Rectoribus à nostro Do-
-minio postulabuntur. Non derogādo
tamen per hunc ordinem auctoritati
dominij nostri possendi delegare Ad-
-uocatoribus communis, et alijs omnes
illos casus, qui uidebuntur necessarij;
nec possint notarij, scribę, uel coadiu-
-tores officij Aduocarię facere aliq.
litteram contra ordinem predictum,
sub pena ducatorum c.ᵐ, et priuationis
sui officij. nec possit aliqua littera
expediri in aliqua materia extra dict.ᵐ
officium, nisi prius dicta littera
saltem in registro non erit subscrip-
-ta per manum propriam Aduocatorum,
qui eam ordinauerint, sub omnibus
suprascriptis penis; Preterea captu
sit, et declaratum; qd omnes copię
dictorum processuum, qui mittentur,
Aduocatoribus de tempore in tepus
sint, et consignari debeant in off.ᵒ
Aduocatorum, alteri ex principalib.ˢ
Notarijs dicti officij, qui obligati

886

sint acceptum facere, cui eos pre-
-sentabunt; et debeant tenere unum
librum ad id deputatum, in quo
notare debeant de tempore in
tempus de una quaq. copia processuum,
quæ eis presentabuntur; recor-
-dando duabus vicibus in septimana
expiditiones illis Aduocatoribus
qui eos miserint acceptum, notãdo
pariter super eodem libro expeditm.
seu restitutiones sub pena immediatæ
priuationis officij sui, nec possint
alij scribæ, siue coadiutores, et alij
dicti officij acceptare, seu suprastare
gubernationi dictoꝝ processuum
copiarum, sub pæna illis, qui accepta-
-uerint, aut se impedirent in dictis copijs
amittendi officium suum, et ducatoꝝm.
centum pro qualibet vice. Medie-
-tas quorum sit eius, qui fecerit exe-
-cutionem; altera autem medietas
sit Arsenatus nostri; Executio
autem presentis partis commissa

sit cuiq; ex consiliarijs, et capitibus de
quadraginta tam superioribus, q inferio-
-ribus; ac cuiq; ex Aduocatoribus, et ex
his de collegio nostro sine alio consilio;
et sic ad unguem obseruabis.

Quod aliquis sine indicijs non proclametur, et de Banitis ad inquirendum.

Ceterum in denuntijs, ac querellis; que
tibi dabuntur contra aliquos, contra
quos non essent probationes; illi tales
non proclamentur, sed debeant pro-
-clamari illi, contra quos essent proba-
-tiones, sine inditia; pro quibus tibi
uideretur illos esse proclamandos.
Banniti uero ad inquirendum ha-
-beant terminum presentandi se
duorum annorum, postq; finiuerint
Regimina sua Rectores, qui illos
condemnauerint; quod si non fecerint
transactis ipsis duobus annis, procedi

debeat contra eos, perinde ac si con-
-fessi essent delictum, pro quo se abs-
-tassent; reservata tamen cuilibet
eorum facultate petendi gratiam
per consilia nostra ~

Processus ad inquirendum
presententur Aduocato
-ribus in fine Regiminis ~

Omnes autem processus formatos ad
inquirendum contra quoscunque tem-
-pore tui Regiminis teneris iuxta
formas partis capta in maiori cons.
die 24 Martij 1482 in termino
dierum quatuor postquam Venetias appli-
-cueris presentare, et dare Aduoca-
-toribus communis; non tenendo penes
te, nec faciendo teneri aliquod exem-
-plum eorum, nisi solum condemnatio-
-nes, in uno libro scriptas, ordinate;
que dimittantur in cancellaria tui
Regiminis, sub pena tibi si contra-

-fecerit Ducat. centum, et priuationis
omnium officior., et Regiminum
per quinquennium; cancellarijs uero,
coadiutoribus, uel alijs librarum
-500- paruorum, et priuationis p.
decennium omnium officiorum,
et cancellariar. nostrar.; quarum
penarum pecuniariar. medietas sit
accusatoris, et alia medietas sit Dñi
nostri.

De his, qui post condemna-
-tiones clericos se
faciant.

Si quis bannitur, aut condemnatus de
ciuitate, et districtu tibi cõmisso sub
uelamine, et colore, quod fecerit se
clericum, uenerit ad dictam ciuita-
-tem et districtum et deprehensus
fuerit, non obstante clericali gradu,
siue habitu ecclesiastico, aut religioso,
quẽ sumpsisset post condemnationem

suam, debeat incarcerari, et teneri
clausus annis quinque, et deinde remittatur
ad suum bannum; et omnes alias co-
-ditiones condemnationis sue; idque
totiesquoties; et qui illum ceperint,
et presentauerint, habeant libras
mille de proprijs eius bonis toties,
quoties; et si non fuerit soluendo,
Dominium nostrum soluat libras
500, de pecunijs nostris, et hoc intel-
-ligatur de illo bannito, et condem-
-nato, qui haberet penam uitæ
aut membrorum, siue perpetui exilij:
si uero fuerit condemnatus ad
tempus, et condemnationem suam
interrumperet, debeat stare in carcere
secundum formam condemnationis
sue, si in ea fuerit aliquod tempus
limitatum; sin minus, debeat per-
-manere anno uno clausus in carcere,
et iterum remittatur banno suo.

?

Quod seruetur Decretum
summi Pontificis de clericis
Prima Tonsurę.

Cum à Summo Pontifice clemente .VII. concessa fuerit bulla die 2.da februarij .1529. contra clericos p.ma Tonsura, et quatuor ordinum, committentes delictum, deliberauimus cum nostro consilio Rogatorum die .12. ap.l .1530; et ita committimus tibi, quod circa Festa Pascę Resurrectionis Dominica semel in anno debeas requirere ordinarium loci tibi commissi, uel substitutum eius, quod faciat publicari in festa solemni in dicta ecclesia sua Bullam supradictam, quę est registrata in cancellaria tua; et si dictus ordinarius, aut substitutus non permitteret fiere publicat.m ipsam, debeas sequestrare introitus illius secundum tenorem Bullę

prędictę; de qua quidem requisitio-
-ne facta teneris tibi fieri facere,
et ferre in aduentu tuo huc fidem
auttenticam, non enim incipiet
contumatia tua, nec poteris pro-
-bari in maiori consilio ad aliquid,
nisi postq̃ dictam fidem presen-
-taueris ~

De saluis conductib: non
faciendis Bannitis ~

Nullum potes facere saluum conductum
bannitis, sicut in nro consilio die
die, 17, Jannarij, 1506, captum fuit
aliquo pacto propter crimina
commissa, cuiuscunq̃ sint generis,
sub pœna immediatę priuatio-
-nis tui Regiminis, et omnium
aliorum Regiminum, officiorum,
et Judicatuum, tam intus q̃ extra
per decennium; et Ducatorum, 200
auri, quorum medietas sit accusa-

-toris, et alia medietas Aduocatorum,
quibus executio commissa est;
Cancellarius vero tuus, sive alii,
qui annotarent dictos saluoscond:s,
cadant ad immediatam penam pri-
-vationis cancellariae, aut alterius
officii, quod haberent, ac privationis
perpetuae omnium, et quorumcumque
officiorum Dominii nostri, et nihil-
-ominus soluant Duc. 200, distri-
-buendos, prout dictum est supra;
Et ipsi salui cond:s ita concessi nullius
sint efficaciae, atque momenti, ac
si facti non fuissent.

Quomodo Taleae soluendae
sint captoribus, bannitorum.

Pro bannitis cum Talea contrafacien-
-tibus bannis suis, pro quorum captura
deberetur Talea in executione, et
observantia consilii nostri X:rum
non potes, nec debes ullo modo dare

Taleas dictis capientibus, nec retento-
-ribus eorum, nec illis fieri facere
bulletam sine precedente scitu,
licentia, ac deliberatione prefati
consilij; quemadmodum in eo captum
fuit die, xvi, octobris, 1504, sub
pena de tanto in quantum contra-
-facere presumpseris. et sic per
Aduocatores nostros compelleris;
Die uero, 20, ap.lis, 1508, in dicto
consilio captum fuit. quod omnes
alie petitiones illorum, qui pretenderet
taleas, uel exemptiones à banno ui-
-gore partium captarum in alijs con-
-silijs nostris deuoluantur ad cons.o
ista, per que telee ipse, et exemp-
-tiones data, et permisse fuissent

Que talea danda sit
captoribus malefactorum
si specialis non est
in dicta

Obseruari facies, quod quando per

comestabilem tuum, aut comilitones
uel alias personas captus fuerit aliq:
condemnatus, uel condemnandus ad
mortem, si per statuta ciuitatis tibi
commissa, uel ordines nostros illis
huiusmodi delinquentibus non est
in dicta Tabea, uel decreta utilitas
capientibus, dictus comestabilis,
commilito, uel alius, qui ceperit, ha-
-bere debeat £100 – paruorum pro quo-
-libet quem ceperit, soluendas ex bonis
damnatorum, si fuerint; sin minus
ex pecuniis Domini nostri, pro
quolibet autem condemnato, aut
condemnando ad ammissionem mebri;
et sanguinis, et qui ceperit, habeat
£ 50 – paruorum soluendas, modo supra-
-scripto ./.

De quibus pecuniis solui
debeant Tabea etc. ./.

Tabeam uero aliquam, tam ordinarum,

q extraordinariam cuiuscumq sit generis non audebis, neq Seum es soluere de pecuniis numeratis; sed postquam decisum erit, quod aliquibus Talea dari debeat captoribus bannitorum; tunc dari debeant pecunia condemnatorum, qua sint necessaria pro satisfactione; et aduertas similiter quod capitanei ad uetita non habeant suas solutiones, nisi de dictis pecuniis condemnatorum; nec potest abs te, uel alijs infringi, aut alterari, siue aliquo modo attentari contra presentem ordinem, sub pena furantium; et alijs grauioribus, et magis seueris penis, qua sunt descripta in libro Cancelarie nostre, de quibus non possit fieri gratia, donum, remissio, recompensatio, aut aliqua termini elongatio, nisi cum strictiuris conditis in parte capta in nostro consilio Rogatorum die 25. Augusti, 1506;

et sic observabis ~

Cum innocens relaxatur non det quicquam officialibus, et c.ª ~

Obligatus es sub debito sacramenti observare, et observari facere, quod quotiens acciderit liberari, aut relaxari aliquem captum praecedente suspitione, aut denuntia aliqua, jud.s, cancellarij, Notarij, scriba, comestabiles barcerior., socij, milites, et quicunq. alij officiales deputati ad criminalia non habeant, aut recipere debeant aliquo modo solutionem, aut emolumentum aliq.d dicta de causa, si reperti non fuerit culpabiles dicti comprehensi; sub pena perpetue privationis suor. officiorum ~

De furibus mittendis
ad loca ubi deliquerit.
etc:

Item si acciderit deprehendi in loco, et districtu tibi com: furem, aut fures aliquos cum furto, aut parte eius; quod furatum fuisset in Dominio nostro vbilibet, tu ex forma partis capta in consilio Rogatorum die, 20, augusti, 1506, obligatus es mittere illos, aut illum sub bona custodia ad manus Rectoris illius Terre, siue loci nostri, ubi comiserit furtum; qui quidem Rectores possint, et debeant procedere contra fures huiusmodi, sicut eis uidebitur illos pro suis delictis mereri, non secus ac si capti fuissent in sua Jurisdictione: et quotiescumque ad notitiam alicuius nostri Rectoris peruenerit aliquod furtum in Jurisdictione sua commissum, formatoque processu, audierit, atque intelliget, furem, aut fures non

esse

esse per milliaria, xv, ultra confinia
suę jurisdictionis; et requisiuerit te; obliga-
-tus es capi facere dictos fures, et dare
illos in manibus dictis Rectoris; qui pos-
-sit, et debeat similiter procedere contra
illos; sicuti iudicabit conueniens justitia,
non atr q̄ si capti fuisset in dicta sua
jurisdictione ~

De Periurijs, et eorum pena ~

Scias captam fuisse in consilio nostro
Rogatorum partem, quòd cũ uetanda
sint ea peccata; quæ omnipotentis Dei
indignationem prouocare facile posset,
quorum nullũ à christianis detestabilius
haberi debet q̄ periurium, q. justitia,
quæ immaculata esse debet, peruertit,
et quod scelestius est, Xpti fides negatur;
si aliquis in loco tibi commisso inuentus
fuerit in tam nephandum scelus periurij
incidisse, non possit minori supplicio
incisione linguę puniri; ita quòd loqui

non possit; quod quidem sub debito
sacramenti teneris in ingressu regi-
-minis tui publicari facere; ut omnibus
notum sit.

De prohibita arte Archimie.

Scias captum esse in consilio nostro &c.
quod nemo sit, qui esse velit, tam Eccle-
-siasticus, quam religiosus, et secularis quo-
-cumque nomine, et dignitate fungatur,
possit tam in hac nostra Urbe Venetiarum
quam in alia parte dominii nostri, tam
terra quam mari laborare de arte Ar-
-chimie pro faciendum tam aurum
quam argentum, nec laborare, aut tenere
aliquod furnellum, bozzas, vel aliud
instrumentum pertinens ad huiusmodi exerci-
-tium archimistale, sub pena standi per
annum unum in carceribus clausus,
et banni de Venetiis, et districtu
vel de illis terris, et locis nostris, ubi
fuerit contrafactus, per annos quinque

tunc proximos, et si fuerit accusator, habeat £ 500 - de bonis accusati; et si non esset soluendo, soluantur de pecu-niis Domini; et si idem accusator fuerit seruus, uel serua, sint liberi ab omni uinculo seruitutis; si uero esset famulus uel famula scripta, remaneat libera ab omni obligatione patronorum; et habeat salarium suum cum integritate; nec non £ 500 - ut s.a si uero contrafaciens prefatus es-set persona ecc.a, cuiuscuis gradus, et condictionis existat, incurrat in penas banni decennalis, et etiam tas carceris q. banni, et pecunie, prout supradictum est .·.

Non fiant addunationes
in Ciuitate, nec in
Territorio .·.

Nec etiam permittes, quod aliquis ciuis facere audeat in loco tibi com.s

102

adunantiam hominum, sub pena exilij,
et pecunie ad arbitrium tui solius, ultra
alias penas; que per statuta Terre es-
-sent limitate; et hoc idem non permittes
in villis districtus tibi commissi perrusti-
-cos, et alios habitantes extra Terrã,
sub pena Trium quassorum funis ante
Tractum; et postmodũ ad poenas, aut
exilij, aut pecunie, aut carceris multũ,
et parũ ad arbitriũ tuum; et dictas
penas poteris augere, pro ut requiret
conditio adunantię, et armorũ porta-
-torũ, ac opus; quod perpetraretur ab ad-
-dunatis; verũ possint cives convocare
sua consilia; et rustici suas honestas
coadunationes facere semper cum licē-
-tia tua; et in consilijs Terrę debeas
esse presens; et in villis aliquis ex
tuis; quem tu volueris interesse; qui
tamen pp hoc nullũ premium ã
rusticis accipiat; et ita publicari
facies in principio tui Regiminis
in die Mercatus super platea, quo

ad consilia Terre, et iudicaniatibus quo
ad rusticos ad omnium notitiam, prout
captum est in consilio D.ni: die 22,
sept.is 1482; quam partem inviolabiter
observabis.

Arma ferri prohibita.

Item observabis partem captam in cons.o
D.ni: quod non permittas aliquem ferre
arma cuiuscumque generis per locum,
Vrbem, et districtum tibi commissum
sub irremissibili pena quassorum
trium corde, et debeas hunc ordinem
proclamari facere in principio tui
Regiminis; et qui contrafecerit, cadat
ad poenam predictam.

Quod Monetarij condemnati
non redimant membra
pecunijs, etc.

Decretum quoque consilij nostri D.ni:

prefecti diei, xv, Martij, 1535, inuiolabiter
obseruabis; quod in qualibet condemna-
-tione, quam facient Rectores nostri
contra monetarios in pena corporali,
non possit apponi, quod ipsi Monetarij
possint se aliquo modo pecunia redimere,
non obstante aliquo statuto, seu alio
in contrarium, et ita obseruent ipsi
Rectores, itaquod condemnati mone-
-tarij non possint, ut predictum est, se
pecunia redimere, sub penis contentis
in partibus huius consilij, reseruata
in reliquis parte, 1473, et omnibus alijs
partibus, que de monetarijs loquuntur,
et sic osseruabis.

In actibus Precessorum
non se impediant Rect.

Non absolues ullo modo, uel ingenio,
aliquas condemnationes uel sententias,
factas per aliquem, uel aliquos pre-
-cessorum tuorum, tam in pecunia, quam

in persona, et rebus causa homicidij, furti, et tradimenti et nec de ipsis condemnationibus, uel earum causa po-tes facere, seu fieri facere aliquam compensationem, donum, seu gratiam, siue ullam promisioné, nisi cum uoluntate nostra, et consiliorum nostrorum, quinpotius dictas condemnationes pro tuo posse executere, seu executi facere teneris, si executæ non fuerint; prout in nostro maiori consilio captum fuit, etc.

Hec etiam in suis condem-nationibus, etc.

De quibuscumque uero condemnationibus, quas ipse feceris in tuo Regimine, non potes, postque factæ fuerint abs te, ullo modo te impedire, in omittendo, uel renouando in totum, uel in partes illas.

De condemnationibus ponendis in scriptis, et exigendis.

Omnes autem condemnationem, quas tu facies, teneris poni facere in scriptis, siue sit sub nomine multæ, siue sub quocumque alio nomine, et de exactione pecuniarum ipsarum multarum, siue quarum cumque condemnationum, facies teneri distinctum ordinatum, et particulare computum, sicuti de omnibus alijs pecunijs nris, ita quod omnia clare uideri, et intelligi possint; nec aliter huiusmodi pecunias exiges, nec dispensabis, sub pena in parte Iurantium statuta.

Ordo seruandus in penis condemnationum.

Obseruabis etiam, quod omnes condemnationes pecuniariæ deuoluantur

ad istam cameram nostram; super
libris cuius etiam notentur condem-
-nati cum penis consuetis; quæ penæ
dari non possint alicui, cui consi-
gnabuntur tales debitores con-
demnationum ipsarum ex pecunijs dictæ
cameræ, sed ex pecunijs condemna-
-tionum eorundem; sicut caput est
in Rogatis die .vi. sept. M,CD,xcvij~

Quomodo possint Aduocatores,
et alij condemnationes
Rectorum suspendere~:.

Non potest de condemnationibus tuis
huiusmodi fieri aliqua suspensio
solutionis earum per Aduocatores,
Auditores, uel alia Regimina, et
officia nostra aliqua causa, uel ratio-
-ne, nisi per unum Mensem, uel duos
ad longius; in quorum finem tenearis
exigere eas, uel exigi facere secun-
-dum formam tuæ commissionis

et ordinum ciuitatis tibi commissę;
et si per dictos Aduocatores, aut
alios imponeretur aliqua pena,
tibi, quod obseruares dictas suspē-
-siones, non teneris ad obseruandum
eas, nec subiaceas alicui penę,
nisi captum fuerit per consilium;
uerum si aliquis se appellaret, uel si
Aduocatores, aut sindici intromitte-
-rent aliquam ex dictis condemna-
-tionibus, quam ducere non possent
ad consilia, nec illam expedire,
cum tu uelles esse presens; eo casu
tenearis suspendere exactionem
dictarum condemnationum, donec
illę appellationes, siue intromissio-
-nes recipiant finem; non intelligēdo
de condemnationibus, de quibus non
potest appellari ~

De condemnatis recedē-
-tibus a locis suis ~

Si vero condemnati à te recedant, et ibunt ad alia loca nostra mansuri ibi, donec tu recesseris à Regimine; ut per eum modum condemnationes contra eos factę non exequantur; Rectores, ad jurisdictionem quorum condemnati ipsi iverint, sub deb.to sacramenti obligati sunt compellere contra eos, ut soluant dictas suas condemnationes ad petitionem tuam.

De Ludo Taxillorum.

Propter malum, quod sequitur ex ludo Taxillorum mandamus tibi cum nostro consilio &c.: quod omnes ludentes sic à libris &c.: supra parvorum condemnare debeas ad resti-tuendam omne id quod lucrati es-sent; et ad soluendum ducatos &c.; Nam à libris &c.: parvorum infra in die ludere liceat cuiq. causa solacij, et publice in Lodia, si

prohibitum non sit statutis, et ordinibus istius Terrę, atq in Taber-nis. De condemnationibus autem, quas facies, habebis 3m, et accusa-tori, qui teneatur secretus, dabitur 3m aliudq 3m mittes capitibus, et cameraṛio huius consilij; Verum si quis luderet à libris quinq infra, et tibi pro tua prudentia, considera-tis condictione personarum, loco, et tempore, et materia ludi uideretur minus esse procedendum ad condem-nationem, in tua discretione, et ar-bitrio relinquimus. Ita tamen quod statuta, et ordines Terrę tibi com̃ seruentur; et 3m condemnationis de-ueniat ad cam̃ dicti consilij um Dm, et si eius capitibus aut camerario cancellr non dederit, de tempore in tempus notitiam de ipsis condemna-tionibus; quarum computum or-dinate tenere obligatus est; ipse debeat soluere totam condemnatioñ

dicto camerario de suo proprio.

De Prohibitione Palliorum
cum Taxillis.

Si quovismodo ad audientiam tuam pervenerit sub tuo Regimine proponi palia cum Taxillis mandamus tibi cum nostro consilio Decem, quod accipi facias talia Pallia, et libras C.^m pro pena ijs, qui talia Palia cum Taxillis proposuerint, dando de proposito Pallio, et denarijs 3.^m accusatori, 3.^m camer.^o nostro, et aliud 3.^m sit tuum. quoniam nostra intentio est, quod Pallia iaciantur cum ballistis, vel arcubus, et non cum Taxilijs ullo modo.

Ordo servandus in Datijs
locandis.

Datia, Mudas, et Villas, et alia

spectantia communi civitatis tibi commissę incantari facies bona fide, et sine fraude, et plus offe-rentibus affictabis per unum annum. Verum, nec aliquis tuus propinquus, vel de tua familia, nec officiales possint habere partes in dictis incantibus, sub pena libr.^m 25. pro centenerio valoris eius, qui sic inventus fuerit.

Non liceat Nobilibus
Venetis conducere
Datia de extra.

Item facies observari partem captā in consilio nostro Rogatorum die 29. sept.^s 1430: et 17. Maii 1466: quod nullus noster Nobilis possit conducere in aliqua terrarum et locorum nostrorum aliquod Datium Dominii, nec in eo habere par-tem, nec intromittere, aut impedire

se modo aliquo, vel ingenio, nec etiam loqui, aut tansare aliquem Datiarios apud aliquem Rectorem prefactorum locorum nostrorum, sub pena priuationis omnium officiorum, et Regiminum nostrorum per quinquennium et ℔ 100 — in suis proprijs bonis; cuius medietas pene sit Rectoris, et alia medietas sit accusatoris ~.

De Aduersantibus datijs, et alijs grauedinibus per consilia positis ~.

Obseruabis, quòd quando aliqua impositio, seu datia deliberata erunt per consilia; si aliquis presumpserit ea damnare, aut contradicere, uidelicet talibus verbis; non paghe, non consente, pegno, et similibus; qua veni aut contradicere deliberationibus factis, stare debeat in carceribus ciuitatis tibi commisse, in qua unus

fuerit verbis prefactis per annum
unum; et banniatur per annos duos
de civitate dicta; et ultra hoc solvat
duc. 300 – auri; quorum accusator ha-
-beat 3m, tertium sit tuum, et aliud
sit nostri communis; et si non fue-
-rit accusator, tota pena ipsa pe-
-cuniaria deveniat in nostrum com-
-mune; de quibus poenis non possit
fieri gratia aliqua; verum licet
omnibus dicere suas opiniones, et
contradicere publice in consilijs,
quando res huiusmodi ponentur;
et similiter se gravare coram Rectore
tam ante ipsam impositionem
captam, quam post; ut unusquisque
rationibus suis uti possit; et inde-
-bite non gravetur; et in his casib.
loquentes non intelligantur ad sup.a
-scriptas penas incurisse; etc.

Datia afficientur Tempo-
-ribus debitis.

Non potes incantare datia, nisi temporibus
ordinarijs; nec accipere à conductoribus
summam aliquam pecuniarum, antequam
ipsi incant datia, nisi habueris ex-
-pressum mandatum à consilio nostro
Rogatorum; sub pena furantium;
sicut captum fuit in dicto consilio
die, 7, Maij; 1519. —

De Pretio Datiorum
deliberatorum Domino
significando —

Cum autem locata fuerint datia ipsa
teneris dare notitiam nostro Do-
-minio de Pretijs, quibus ea fuerit
deliberata, et de nominibus conduc-
-torum, et plegiorum, etc —

De faciendo Datiarijs —

Debis omnem fauorem, quem poteris,
mudarijs. siue Datiarijs, et eorum

nuntijs ad exigendum iura nudarum
siue datiorum; neque consenties de
eis occupari quicq ab aliquo; et si
contrafeceris huic nostre intentioni, de
tuo respondere debeas.

De ordine seruando in
exigendo, et uendendo
bona debitorum.

In exigendis uero, et uendendis bonis debitorum
officiorum, spectantium dominio nostro ob-
-seruabis illud, quod captum fuit in cons.o
nostro Rogatorum die 3. augusti, uidelicet
Quod obligatus sis accipere in tenuta bona
quorumlibet debitorum cum confinibus, et numero
camporum, et qualitate cuiusque rei, et
quanti locentur, quantum exigatur de
introytu; et dicta bona ponere ad pub.m
incantum; et si non fuerit emptor, debeas
illas accipere in dominium nostrum
pro extimatione cum 4.to minus eo,
quo fuerint extimata secundum confinesm,

ac redire ad incantum; et si non fuerit
emptor pro pretio quo posita sunt in
Dominium nostrum, debeas illa mittere
in nota cum confinibus, et aliis rebus
ut supra illi officio, cuius erunt debitores;
faciendo proclamare, quod volentes
emere dicta bona ab illo officio, quod
vendet ea, veniant in termino mensis
unius huc Venetias, ut emere possint ad
publicum incantum: quae omnia supra-
-scripta teneris facere in termino men-
-sium duorum postquam litteras habueris
ab officiis, quod exigere possis a quolibet
debitore; significando particulariter
executionem huiusmodi illis officiis, ad
quae pertinebit: et hoc sub pena solvendi
de tuo debita; de quibus poneris debitor
ad Palatium, si contra feceris.

De piscantibus contra-
-bannorum.

Non permittas cum vendentur contra-

-banna, et aliæ res; quod camerarij, siue scribæ, et famuli eorum emant quicq̃ de illis ullo modo ~.

In confiscatione bonorum debitorum Dominij nõ detur portio alicui, nisi uenditis, aut alienatis ipsis bonis, etc—

Et cum acciderit confiscari, aut poni in cameram bona debitorum cuiuscumq; condictionis, de quibus tu, aut camerarius, aut alij pretenderent habere partem, non potest accipi portio, quæ de iure ipsis spectaret prò illis bonis in pecunia numerata, nisi cum ea uendita, aut alienata aliquo modo fuerint; et de eiusdem pecunijs, quæ de illa ratione exigentur; quod, si quis antea exiret de officio, tamẽ restent ei obligatæ debitæ portiones suæ; et si quis atr soluendo contrafaceret aliqua uia presenti ordini, irre-

uissi Cit

-miſſibiliter, cadat in penam furantius; quemadmodum pars capta in rogatis die .xxi. Maij, 1518, continet, etc. ~:~

Pena exigi non potest
absque capitali ~:~

Et si tu, camerarius, et alij Ministri publici presumerent ratione penarum, aut alia forma habere portionem aliquam debitorum nostrorum, sive ab illis, qui per eorum industriam inuenirentur eſſe debitores, non possint exigere penas, nisi exegerint cum effectu capitale cum pena, et pro tota portione, quam exegerint ratione Dominij nostri, habeant partem penarum; uerum si forte ab aliquo contrafieret, Aduocatores communis, et eorum quilibet, ac officiales deputati reuisioni, et exactioni pecunie publice, quibus primo facta fuerit consciētia, possit, et debeat contra illos procedere

15120

sine alio consilio; et exigere pecunias
exactam contra intentionem presẽtis
ordinis; et quartum de pluri pro pena
hoc declarato, quod à debitoribus accipi
non possit plus quam una pena; nec potest
per te, aut alium ministrum sub[m],
sub aliquo colore, aut ingenio poni
ad suum computum, sive sub aliquo
nomine appropriari pars aliqua per-
-tinens Dominio nostro, sed ea relin-
-quatur in camera, huc mittenda iuxta
formas legum nostrarum.

Prorogatio, suspensio, et
non fiat debitoribus sine
consiliis.

Exemptionem non facies, neque pro-
-rogationem termini debitoribus
Dominij nostri; neque alias huiusmodi
concessiones, sine auctoritate consiliorum
nostrorum, sub pena soluẽdi de tuo
quicquid datum fuisset illis, quibus

concessa erit dicta gratia; et quartus de pluri pro pena .:.

Non potest concedi licētia alicui quin pro suo communi cogi possit .:.

Non potes sub debito sacramenti, et pena duc. 100 exigenda per Advoc. communis sine alio consilio concedere alicui de aliqua Villa, et districtu terrę tibi commissę; quod non possit capi, neq molestari pro debito ipsius communi, et granedinum solvendarum Dominio nostro; nisi pro portione spectante specialiter illius; et nihilominus si illa concessio huiusmodi a te fieret, ea esse debeat nulla, et nullius valoris; itaq sic observabis .:.

De rationibus introituum Dominio presentandis

In reditu, et c.ª

Introytus, et exitus Dominij nostri uidebis, et nos particulariter informabis; et nihilominus in fine regiminis rationes Introytus, et exitus totius temporis tui Regiminis, cum ueneris Venetias, nobis presentare teneris.

De rationibus reddendis officio super camenis pecuniarum exactarum, et de ordine seruando, ut infra.

Scito esse tibi obseruandas partes consilij Rogatorum; quòd omnes pecunias infrascripta condictionis; quarum exactioni dabis operam diligentem de tempore in tempus, mittere debeas officio nostro super camenis, et nisi ita feceris, non incipiet unquam contumatia tua; nec non mittes exemplum Datiorum cum omnibus eorum membris, et affictibus, destinguendo

nomina, et pretia; quibus locantur; et fer-
-rendo in fine regiminis tui, distinctam,
auctenticamq rationem omnis dispensatio-
-nis, et administrationis factæ; quam
præsentabis dicto officio super cameris
cum pto. eod.; ut omnia intelligi possint;
quod si non habueris pecunias infrascripti
generis, feres collegæ tui fidem de hoc;
quam nisi tuleris, contumatia tua inci-
-pere non poterit; atq impones scribæ
aliique deputato; quod pecuniarum ipsarum
particularem rationem tenere debeat,
et mitere eam instè; pecuniæ autem
limitatæ sunt hæ vz, quod conductorés
Datiorum cum omnibus eorum mēbris,
et affictibus Pontium, Portarum, liuellorum,
Piscke-riarum, molendinorum, et cuius-
-cunq rei solitæ locari per Dominium
nostrum debeant pro omni eo, quod locá-
-tur per duc.: mille supra soluere 2
duc. et à duc. usq mille duc.
,s, et à duc. so, infra, duc. unum omni
vice, quâ locabuntur, ultraq in cât

6424

Datia de suo Proprio, et non ad rationē Datiorum; Item omnia salaria, et utilitates uacantiarum, quā pro tēpora accident alicuius salariati, aut prouisionati; omnes pecunie exemptorum hoc est quas aliquis, qui exemptus fuisset postq̄ finita esset exemptio eius, contribuere debebit; omnes confiscationes factę, aut fiende, quoad partem Dominio nostro spectantem; omnes pecunię quę malo modo acceptę sunt, et accipientur; Item omnes pecunię contrabannorum 1.a 4.a, uel 3.a eorum, sicut suprascriptum est, spectant, et pertinent, ac mitti debent officio nostro super camerís antedicto.

De munitionibus non renouandis absque licentia consilij nostri Decem.

Si uero ausus fuerit aliquo modo, uel

ingenio directe, uel indirecte ponere
manus in munitionibus frumentarijs,
et alijs cuiuscumque generis causa renouan-
-di, uendendi, aut aliter alienandi illas sine
expressa licentia consilij nostri Decem,
incides in penam Duc. 1000 exi-
-gendorum illico, et priuationis tui
Regiminis, ac cuiuscumque officij,
et beneficij per decennium; neque
castellanus sub dicta pena teneatur
tibi obedire in hoc sine expresso
mandato consilij Decem; debeatque
ipse castellanus in exitu tui Regi-
-minis facere inuentarium cuiuscumque
generis munitionum, tam bladorum,
quam aliarum rerum, et illud dare
tibi ferendum ipsi consilio.

Camerarius cum scriba,
uel Notario scribat
rationes Dominij.

Introitus uero omnes, et expensas uni

Dominij debeat scribere camerarius istic noster cum eius notario, uel scriba ordinate in suis quaternis, sub pena duc: 500: scribendo parti-culariter illud, quod expendetur; et in quibus rebus; et pretium earum, quæ ementur; ita quod rationem nostræ distincte uideri, et intelligi possint, etc.

Vbi non est camerarius
scribat Potestas ratio-
-nes Dominij.

